



Pr. 1. num. 4

1764


15

19

8

ORATIO
 DE
JURE GERMANICO
 CIVILI OMNIBUS
 LITIBUS IN FORO OBVENIENTIBUS
 SUFFICIENTE
 IN
 JURIS UTRISQUE DOCTORIS
 INAUGURATIONE PUBLICE
 RECITATA
 AB
O. L. DE EICHMANN
 J. U. D. PROF. PUBL. ORDIN. ET DIVERSAR.
 SOCIETAT. MEMBR.

P. 176.



DUISBURGI AD RHENUM
 TYPIS FRANCISC. ADOLPH. BENTHON
 ACAD. TYPOGR.

KONFRIED
 UNIVERS.
 ZVITALLIE




ORATIO
DE
JURE GERMANICO
CIVILI OMNIBUS
LIBUS IN FORO GOVERNANTIBUS
SUTICENTIS

IN
SUIS UNIVERSITATIBUS
HABITANTIBUS
MOTIS

AS
O. I. DE
HABITANTIBUS
LIBERIS
SUTICENTIS

UNIVERSITÄT
DRESDEN
1774





Magnifice Academix Rector, Ampliffime & Consultiffime hujus Universitatis Curator, Plurimum Venerandi, Consultiffimi, Experientiffimi, Acutiffimi omnium Scientiarum Profefores, Viri Celeberrimi & Collegæ Honorandi, Cives, Hofpites & quotquot adestis, varia dignitate, ordine, mihi publice privatimque colendi Auditores. Tu tandem spes Ecclefiæ, Reipublicæ, Generofa & Nobiliffima Studiofæ juventutis corona, Patriæ Parentumque Amores, meæ delicia.

De Jure Civili Germanico Univerfali plures egerunt. Joannem Samuelem Fridericum Boebmerum, ornamentum Viadrinæ plane fingulare, Carolum Henricum Dreyerum, Joannem Petrum de Ludevig & Fridericum

dericum Henricum Mylium silentio præterire, nequeo. (a) Ludevigio (b) & Mylio (c) hoc argumentum præcipue curæ cordique fuit. Singularia enim opuscula de *Jure Germanico Civili Universali* in lucem emiserrunt. Verum enim vero nemo, quantum ego quidem scio, de *Jure Germanico Civili sufficiente omnibus libris in foro obvientibus*, curatius & ex instituto egit. Nihilominus tamen hanc virtutem legibus patriis osores earum, detrabere conantur. Operæ pretium hanc ob rem esse, censui, Juris Teutonici causam suscipere, idque eo magis in animum induxi, quo magis hæc prolusio summis in utroque Jure honoribus conferendis apta videtur. Neque hoc argumentum usu destituitur. Jus Romanum enim tantum in subsidium receptum est, sive tunc eo utimur, si Jus Germanicum deficiat. Sanxerunt hoc tam *Leges Imperii*, quam *Territoriorum Germania*. Patet verbi gra-

-
- (a) Citat hos omnes, præter *Ludevigium*, Vir Celeberrimus *Carolus Fridericus Walchius* in libello, cui titulus. *Vorbereitungsgründe zur Deutschen Bürgerlichen Rechtsgelahrtheit* pag. 20. additque Virum Perillustrem Liberum Baronem *Henricum Christianum a Senckenberg & Fridericum Theophilum Struvium*.
- (b) *Diurn. Halens. An. 1736. Num. 69. Von Uebereinstimmung der meisten Europäischen Gesetze Num. 70. Fortsetzung der Harmonie Europäischer Gesetze mit dem Deutschen Rechte Num. 71. Warum die Europäische Völker in der Sprache, Sitten und Gesetzen so genau mit den Deutschen übereinkommen.*
- (c) *Dissertationem de Genuino Juris Germanici Universalis Civis conceptu* conscripsit.

gratia ex Ordinatione Camerae Imperialis (d) Ju-
dicii Aulici (e) Constitutione Criminali Carolina
(f) & Recessu Imperii MDCLIV. (g), nec non
ex Ordinatione Judicii Aulici Cellesis, Cancellariae Du-
catus Brunsvigo-Guelpherbytani Augusti, Judicii Auli-
ci Moguntini, ex Ordinatione Judiciorum inferiorum
Palatina, Judicii Aulici Monasteriensi, Ordinatione
Judicii Aulici Brunsvicensis Henrici Junioris, Fenen-
Ecclesiastica & Politica Magdeburgensi (h), quibus sex-
centae aliae accedunt, quas Catalogus Bibliothecae Heu-
mannianae (i) & meae partim impressas *, partim ob-
rarietatem scriptas exhibet. Imo Jus Provinciale Bo-
russicum facultatem Jus Romanum excitandi & secun-
dum illud lites decidendi causarum patronis & judi-
cibus

A 3

- (d) Tit. LXXI. von des Kayserl. Cammer-Richters und der Bey-
sitzer Eyd pag. 565. in Joannis Jacobi Schmausii Corpore
Juris Publici S. R. Imperii Academico.
- (e) Tit. I. §. XV. pag. 932. & 933. c. 1.
- (f) Praef. & Art. 140.
- (g) §. 105. pag. 494. in Alleg. Corp. Jur. Publ. Cf. Discurs.
Prelimin. quem Sam. Strykii Us. Modern. Pandectar. pra-
emittit §. XXVII. & Joann. Ad. Koppii Auserl. Proben des
Teutschen Lehnrechts, 1. Th. ibique Vorber. von dem wah-
ren Gebrauch des Römischen und Longob. Lehn. in Teutschl.
(h) Confer. Joann. Salom. Brunquell eröffnete Gedanken von
dem Teutschen Stadt- und Land-Recht und desselbigen noth-
wendigen Excolirung §. XXVIII. & XXIX.
- (i) Prodiit Altdorsii anno MDCCLXII.
- * Verbi grat. Ordin. Jud. Aul. Lippens. Tit. III. des Hofricht.
und Beysitz. Eyd.

cibus plane denegat, nihilominus tamen statuta & privilegia confirmandi, spem facit (k). Dum vero jam ad thematis mei expositionem transeo, pictorum morem imitari cogor, qui in exigua tabula plures homines expressuri, per compendium id faciunt, nonnullorum integrum corpus fingentes, aliorum tantum vultus & oculos, interdum etiam pedes duntaxat ostendentes, vel agendum mihi, quod terrarum mariumque mensores solent, qui dum totas provincias maximaque regna in compendium aliquod redigunt, maxime illustria tabulis suis exigua puncta designant potius, quam depingunt. Quæ vero cum ita sint, auditores omnis ordinis & dignitatis honoratissimi, ita autem esse, accepimus, ad vestram benevolentiam mihi confugiendum est. Innata ingenii vestri luce ex umbris eruite & in claritatem veritatemque traducite, quæ verborum vitio occulta & obscura erunt. Quod si obtinero, animus mihi redibit, vox faucibus, uti antea, non hærebit, membraque non trepidabunt.

Jus peregrinum Latii in subsidium, vel si jus patrium, jus præstantissimum, deficiat, receptum esse, audivimus. Sed raro hodie deficere, adstruere vix dubito. Non curamus *Joann. Otton. Taborem*, cujus bilem *Hermann. Conringius*, cum libellum de *Origine Juris Germanici* edidisset, adeo movit, ut sibi persuaderet, id eum potissimum dare operam, ut omnia Juris Justiniani & Imperatorii rectitudine in superiorum seculorum barbariem ab omnibus damnatam, homines

(k) P. I. Tit. II. §. V.

mines relabantur (1). Nihil facimus consilium *Caroli Girardi* suadentis, ut tantum *Jure Romano* in corpus relato utamur (m) Non timemus Turcas aliasque calamitates ob infidelitatem in hac causa. Neque nos ideo miseratione dignos credimus. Nihilominus tamen non defuerunt ejusmodi sententias foventes (n). Exclamandum hanc ob rem omnino est cum beato *Joanne Theophilo Heineccio*: O Germanos Germanico nomine indignissimos! quibus quicquid a Germanis profectum est, barbarum videtur (o). Corpora nimirum *Juris Germanici* habemus, ex quibus *Jura Teutonica* apparent. Collegit enim *Petrus Georgisch* consilio *Viri incomparabilis Heineccii Legem Salicam, Legem Ripuariorum, Legem Alamannorum, Bojuuvariorum, Decretum Thassilonis, Legem Burgundionum cum Additamentis, Legem Frisionum, Additionem Sapientium, Legem Angliorum & Werinorum, Saxonum, Capitularia veterum Regum, Carlomanni, Pippini Principis & Regis, Caroli Magni, Ludovici Pii, Leges Longobardorum, Capitularium Caroli Magni & Ludovici Pii Libros septem, Capitularium Additiones quatuor, Codicis Legis Wisigothorum Libros duodecim & Edictum Theodorici Regis. Addendæ sunt Leges*

(1) *Pref. Heinecc. Corporis Jur. Germ. Antiqui, quod Petr. Georgisch* in lucem emisit.

(m) *Perillustr. a Senckenb. Method. Jurisprud. pag. 188.*

(n) *Ejusd. Gedanken von dem jederzeit lebhaften Gebrauch des uralt. Teutsch. Bürgerl. Rechts pag. 37. & 55.*

(o) *Pref. Heinecc. cit.*

Leges Anglorum, quas *Wilkins & Friderici Secundi Constitutiones Græcæ*, quas *Montefalconius* exhibent, *Constitutiones Siculæ*, *Leges Normannorum* (p), *Jus Austriacum Vetusissimum* (q) *Leges Wisbienses & Obstabilbonicæ*, *Scanicæ*, *Westrogothorum*, & *Suenonum*, *Aulicæ Regni Majoricani*, quæ varias consuetudines *Vandalorum* complectuntur, nec omittendum *Jus Uplandicum*, quæ se collecturum promisit *Vir Celebrerrimus* mihiq; *Amicissimus Carolus Ferdinandus Hommelius* (r). Siste *Corporis Juris Germanici Publici & Privati ex medio ævo Tomus Primus*, quem *e Bibliotheca Perillustri Liberi Baronis a Senckenberg Vir Eruditissimus Gustavus Georgius Kœnig a Kœnigsthal* emisit, quemque liberalitati tantorum *Virorum* debeo & quidem *Pars Prima Jus Cæsareum, Ordinem Judicarium Juris Provincialis Supplementum & emendatum ac parte secunda auctum, Ordinem Judicarium Juris Feudalis integritati restitutum.* Continet *Pars Secunda Collectionem Diplomaticam de rebus Civitatum & Colonariis, Ordinationem Judicalem Hassiacam Anni MCCCCLV. Librum Judicarium, qualis in Austria obtinebat.* Omnes sine dubio, quibus

De meliori lato finxit præcordia Titan
avide expectabunt Tomum Secundum & Codicem Regularum juris in re Germanica ditissimum, nec non
Ver-

(p) *Joann. Petr. a Ludevig Tom. VII. Reliq. Manuscript. pag. 149. eas exhibuit.*

(q) *Tom. IV. pag. 3. cit. Reliq. libris communicavit.*

(r) *Liter. Jur. pag. 121. & 122.*

Verborum Significationum, sive terminorum Juris Germanici. Quid itaque mirum, si perillustr. L. B. a *Senckenberg* Jus Germanicum amplissimum censeat addatque, quod omnes casus ex eo decidere liceat. Quid mirum, si Germanis juris divitias tribuat, & paupertatem jurisprudentiæ patriæ neget (s). Accedunt varia *Jura Provincialia* innumeraque *Statuta*, quorum ope cognitio Juris Germanici promovetur magisque promoveretur, si quis, cui Jus Teutonicum curæ cordique est, vel omnia, vel plurima colligeret, quod consilium Vir Celeberr. musisque meis amicissimus *Carolus Fridericus Walchius*, uti ex literis ad me missis intellexi, cepit. Multas enim reliquias juris majorum nostrorum sistunt. Pertinent huc, si temporis rationem habemus, *Burchardi Episcopi Leges & Statuta Familie S. Petri an. MXXIV.* præscripta, *Leges Bambergenses de Advocatia Seculi XII.* *Ius Susatense, Statuta Slesvicensia, Vindobonensia, Friburgensia, & Argentoratensia.* Ex Seculo XIII. ad nos pervenerunt: *Privilegium Stadense, Jura Severinensia, Brunsvicensia, Lippstadiensia* (t) *Lubecensia, Lunenburgensia, Ius Provinciale*

B

(s) *Alleg. Meth. Jurisprud.* pag. 188.

(t) Non solum *Pufendorf.* in *Adpend.* Tom. III. *Observat.* ea exhibet, sed & *Joann. Dieder. v. Steinen* in P. 4. der *Westphäl. Geschichte* pag. 642. Dantur præterea *Statuta Lippstad.* quibus titulus: *Der Sammt-Stadt Lippe Statuta und uralte Gewohnh. so sich zum Theil in denen von Bürgen-*

gers

iale Hunfingoicum, Statuta Altenburgensia, Vitoduren-
sia, Ulzensia, Hamburgensia, Rigensia, Soltquellensia,
Augustana, Neostadiensia, Hannelensia, Hsenacensia, Flens-
burgensia, Franckenbergensia, Ius Terræ Novæ, Iura
Brackelensia, Statuta Cassellana, Speculum Saxonium,
Suevicum, Ius Provinciale Rusfringense aliaque partes
Iuris Frisiæ Orientalis. Jura Seculi XIV. sunt: Leges
Brocmanorum Municipales Cellenses, Statuta Erfordien-
sia, Halensia, Culenbursgensia, Diepholtana, Ius Provinciale
Femariae, Leges Verdenses, Aquisgranenses, Einbecenses,
Wismarienses, Lipsienses, Ius Bavaricum, Francofurika-
num, Göttingense, Osterizense, Servestannum, Goslarien-
se, Culmense, Schwertense, variarum curiarum Iura in
Westphalia. Ex Seculo XV. huc refero Statuta Huxa-
riensia, Graefenthalensia, Wittenbergensia, Statuta Bre-
mensia, Coloniensia, Ripensia ac Obsfeldensia, Iura Thu-
ringiæ & Saxoniae. Ad Seculum XVI. pervenio. Ea
tem-

germeister und Rath und Bürgerschaft in an. 1575. conclu-
 dirt und schriftlich verfasseten Puncten gründen, theils aber
 auch von undenklichen Zeiten her durch unveränderten Ge-
 brauch und unerbüchlichen Observance hergebracht und
 darneben bis hier zu dermassen sorgfältig conserviret, daß
 darnach in judicando von allerseits Obrigkeiten dieser Stadt
 in Contradictions-Fällen pronounciret worden. Occurrunt
 in iis variæ reliquæ Juris German. *Dissert. de cauta ap-
 plic. L. I. C. Ubi Pupill. educar. deb. quæ Duisburgi an.
 MDCC LXI. prodiit specimen earum exhibet. Alio
 tempore ea cum JCtis communicare, in animum induxi.*

rempestate latae sunt *Leges Norinbergenses, Wormatienses, Misnenses, Brandenburgenses de Successione, Ulmen-
ses, Hassiacæ, Hennebergenses, Otterndorfenses, Statuta
Brigensia & Wolaviensia, Leges Saxonico - Ernestinae,
Ius quatuor Hardarum Frisicarum Præfecturæ Tunde-
rensis, Leges Dithmarsicæ, Wurtembergenses, Monasterien-
ses, Anhaltinæ, Tyrolenses, Rostochienses, Borussiae, Go-
thanæ, Osterodenses; Ducis Guilielmi, quæ Dusseldorpii
prodierunt, Territorii Hagensis, Palatinæ, Lusatiæ Su-
perioris, Hadelenæs, Styrenses, Vinarienses, Tömmingen-
ses, Helmstädiensēs scriptæ (u) Eiderstadenses, Henri-
costadenses, Consultationes Constitutionum Saxonicarum,
Augusti Ordinationes & Constitutiones ac Ius Provin-
ciale Solmensē. Ne autem patientia vestra Auditores
Honoratissimi, abutar, leges seculi XVII. & XVIII.
silencio prætereo (x) relatisque tantum addo *Statuta
Holtzwindensia (y) Bitterfeldensia (z) Iura Bilefel-
den-**

B 2

- (u) Consultiss. Joach. Died. Lichtenstein Epist. III. Observat.
*Historico Jurid. ex Diplom. Helmstad. sistens & Diurn.
Brunsvic. an. 1748. Num. XCI. pag. 1843.*
- (x) Eas autem enarrat Celeberr. Joann. Steph. Putter in Ap-
pend. II. des Entwurfs einer Juris. Encyclopedie pag. 161.
seq. Ald. Consultiss. Joann. Christ. Henr. de Seibow Elem.
Jur. Germ. Priv. Hodiern. pag. 69. seqq.
- (y) Mentio eorum fit in *Diurn. Brunsvic. an. 1748. pag.
1797.*
- (z) *Vil. Geb. Christ. Bastinelleri Specim. sist. Singul. Statutor.
municipal. Bitterfeld.*

denſia (a) Bochnunſia, Clivenſia, Calcarienſia, Emme-
 ricenſia, Reſenſia, Genepenſia, Iochenſia, Eſſendienſia,
 Tremonienſia, Duisburgenſia, Jus nec non Conſuetudi-
 nes Latonicas Principatus Moerſenſis (b), Leges muni-
 cipales Weidenſes (c) Sulenſes (d) Werdenſes, Iura
 Soldinenſia, Sedimenſia, Iulinenſia (e) Ordinatio Politica
 urbis Monafterienſis, Statuta Apenradenſia (f) Jus Fri-
 ſiorum Terræ Eiderſtadt, Ewerſchop & Utholm (g) Cu-
 ria S. Panthaleon. in Comit. Marcano, Jus Geldrienſe,
 Provinciale Sarpontanum, rariffimum (h), Lotharingæ
 (i) & Rugenſe quorum alii ejusmodi jura enarrantes,
 vix

-
- (a) Ravensb. Merckwürdigk. III. pag. 29. 107. ſeq. & paſſim.
 h. 1.
 (b) In uſum Jurisprud. German. citat. jura & conſuetud. La-
 ton. alio tempore communicare, apud animam conſtitui.
 (c) Promiſit eas Vir Doctiſſ. Henr. Theophil. Francke in *Epist.
 Gut Hyl, Votum Solemne Veter. quorund. Germanor. uti
 Celeberr. Chriſt. Weideliſch* in P. 2. der zuverl. Nachr. von
 jehtl. Reichsger. pag. 278. obſervat.
 (d) *Vid. Celeberr. Joann. Paul. Reinhard. Samml. von
 Schrift. die das Franckentl. betreffen.* 1 Th.
 (e) *a Ludov. Gel. Anz. Tom. I. pag. 186. ea allegat.*
 (f) *Excellentiſſ. Joann. Car. Henr. Dreyer. Samml. vermisch.
 Abhandl. zur Erläuter. der Teuſch. Rechte u. Alterth. 3. Th.*
 (g) *Collect. cit.*
 (h) *Occurrit in Catal. Bibl. Gottl. Aug. Jenich. pag. XXXVI.
 Num. XXX.*
 (i) *Perilluſtr. a Senckenberg Method. Jurisprud. pag. 183.*

vix mentionem injciunt (k). Occurrunt præterea in legibus *Anglorum, Suecorum, Polonorum, Hungarorum, Bohæmorum* aliorumque multæ juris patrii reliquiæ. Nemo non hanc ob rem usum intelligit, quem in explicandis legibus Teutonicis præstare possunt. Quod si his jungantur innumeræ chartarum & diplomatum collectiones, verbi gr. *Ludewigii, Schættgenii, & Kreyssigii, Gudenii, Lenzii*, quibus quotidie aliæ accedunt & quarum ego novam meditor, Juris Germanici defectus vel nullus, vel rarissimus erit. Optandum omnino esset, ut aliquis *Ius Germanicum Diplomaticum* ex ejusmodi documentis conscriberet, quod haud difficultè fieri posset. Verum ad alia argumenta me converto, ex quibus denuo apparebit, quod ex *Jure Germ.* omnes lites forenses dirimi queant. Juris Latini interpretes analogiam in subsidium vocare, tam certum est, quam quod certissimum. Quis hanc ob rem id vicio veteri poterit Doctoribus Jur. Germ. Plurimæ controversiæ vero hoc modo ad finem perducere poterunt minimeque *Jure peregrino Romanorum* opus erit. Tandem, si Corpora Juris German. sique reliqua, de quibus dixi, non sufficiant, ex *Jure Naturæ* lites decidi poterunt & nihilominus secundum *Jus*

B 3

Teu-

(k) Præter relata alia indicantur in *Catal. Biblioth. Viri* etiam post ipsa fata Celeberr *Joann. Heumannii* & in P. II. *Statutor. Local. d. i. ausführt. Beschreibung der Gerade u. des Heer. Geràthe G. A. Hoffmanni.* Cf. etiam *Cod. Diplom. quem Just. Christ. Dittmar. adjecit Annal. W. Tefchenmacheri.*

Teutonicum diremta erunt, idque ob mirum confensum inter Jus Natur. & Germanicum statuendum dicerendumque (1). Frustra obmoveretur quod Jus Recta Rationis saepe dubium, saepe incertum sit. Nam praestantissima hujus juris systemata adhibeantur idemque Juri Romano objici potest, uti ex libris huc pertinentibus Illustriss. a Cocceji, Bronchorstii, Bergeri, Fachinei, Merendae, Struvii satis superque apparet. Tantum itaque abest, ut malum minuatur, ut potius augeatur, cum Jus Romanum hodie minime omnibus negotiis saepe obviis par dici queat. Ut fides dictis concilietur exempla in medium proferre, decrevi. In scenam hanc ob rem produco Jus Venar. Foresti. Metallifodinarum, Salinarum, Grutia, Jus Weichbildicum, Pacem Burgensem, Jus Stapulae, Geranii, Emporii, Praefecturarum, Nobilium, Natalium, Clypeorum & Vexillorum, distinctionem Amtsaliorum & Schriftaliorum. Jura Civium, Mercatorum & Opficum. Jus Braxandis. Hospitiorum Publicorum. Jura Rusticorum & Georgica, Hominum Proprior. Statum, Jura Mortuar. Operas Rustic. Jus Hortorum, Pascendi, Bonorum Censiticorum. Lalliticorum. Praedior. curmed. Landfidelia, Villicorum, Pensionum Promobl. Jurisdickt. Patrimon. Jus Decimar. (m) Reliquum

(1) Curatius de hoc consensu egi *Specim. singulari de Praestantia Juris German. Antiq. in Fascic. 1. Opusc. Soc. Lit. Duisburg.*

(m) Consultiss. Georg. Steph. Wiefan. Jurist. Hand. Buch pag. 1083.

liquum est, ut Vir Consuleiff. *Ioann. Christian. Guilielm. Sybel*, Judex & Notar. optime meritis, ex moribus & institutis majorum sermonem habeat & ut Doctoris utriusque Jur. dignitas in eum conferatur. Hoc itaque praemissio novus honor, diligentiae & eruditionis praemium, ei destinatus est.

Quod igitur Deus Optimus Maximus felix, faustum fortunatumque esse jubeat ego *Otto Ludovicus de Eichmann*, J. U. D. & P. P. O. auctoritate Imperialis & Regia te *Ioann. Christian. Guilielm. Sybel, Assindensem*, Judicem & Notarium praclare meritum, U. J. Licentiatum creo, renuncio, edico.

Verum antequam pedem ulterius promovere potes, officii tui ratio exigit, ut jurejur. te ad justitiam colendam adstringas. A te hanc ob causam, Vir Nobiliss. *Dom. Bongardt*, qui Academiae huic es a secret. peto, ut formulam juram. praelegas.

Quod itaque iterum Deus Immortalis felix, faustum & fortunatum esse jubeat, ego *Otto Ludovicus ab Eichmann*, J. U. D. & P. P. O. auctor. Imperial. & Reg. te *I. C. G. Sybel, Assind. Jud. & Not.* optime merit. U. J. Doctorem creo, renuncio, edico proclamo. Tibi concedo omnia privilegia, omnes immunitates & hono-

1083. & cit. *Cramer. Progr. de conjungend. Jure & Antiquit. Stud. nec non Struben. Neben-Stund.* ibique Opuscul. 32. §. 16. seqq. quibus innumera alia accedunt, quae ex parte *alleg. l.* adducuntur.

honores, qui Doctoribus in S. R. I. competunt. Jam vero huic inaugurationi symbola solita addo.

Ab inferiori cathedra te ad superiorem voco. Intelligis hoc ipso, quod in sublimiori loco constitutus, in oculis omnium hominum vivas, hisque doctrina & virtutibus præluceas, necesse est.

Librum tibi trado primo apertum, quo commendatur industria in libris legendis.

Trado tibi etiam clausum & quidem eum in finem, ut & propriarum meditationum necessitas appareat.

Porro tibi pileum impono, qui dignitatem nobilitatemque indigitat, quarum nunc particeps factus es.

Præterea anulum digito tuo induo, quo tibi publica fides in respondendo, cavendo judicandoque tribuitur.

Tandem osculum tibi figo, quo dignus es ob honorem tibi collatum, & novam dignitatem ex animo gratulor.




Duisburg, Diss., 1729/81(1)

ULB Halle

004 527 070

3





Pr. 1. num. 4


1764

15

ORATIO
DE
JURE GERMANICO
CIVILI OMNIBUS
LITIBUS IN FORO OBVENIENTIBUS
SUFFICIENTE

IN
JURIS UTRISQUE DOCTORIS
INAUGURATIONE PUBLICE
RECITATA

AB
O. L. DE EICHMANN
J. U. D. PROF. PUBL. ORDIN. ET DIVERSAR.
SOCIETAT. MEMBR.



DUISBURGI AD RHENUM
TYPIS FRANCISC. ADOLPH. BENTHON
ACAD. TYPOGR.



P. 176.

